AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 151r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Hic ergo sit huius voluminis terminus. ne offendat vnius nimia longitudo (Ex exemplari diuersorum nonnullorum ad ypolitum)

Incipit secundus liber sancti Augustini episcopi de dono perseuerantie

Iam de perseuerantia diligentius disputandum est. Nam et in priore libro cum agemus de merito fidei. etiam de hac aliqua diximus. Asserimus ergo donum dei esse perseuerantiam. qua usque in finem perseuerat in xpo. Finem autem dico quo vita ista finit. in qua terminum viatoris est ne cadat. Itaque utrum quisque hoc munus accepit cum diu hanc vitam duxit. incertum est. Si enim prius quam moriatur cadat. non perseuerasse utique dicitur. et uerissime dicitur. quomodo ergo perseuerantiam qui non perseuerauit accepisse uel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam et ab ea cadat atque incontinens fiat. si iustitiam similiter si patientiam si ipsam fidem recte dicitur habuisse et non habere. continens enim fuit. uel iustus fuit uel patiens uel fidelis fuit quam diu fuit. cum vero esse desinit non est quod fuit. qui vero non perseuerauit quomodo perseuerando fuit. cum perseuerando quisque ostendat se perseuerantem. quod iste non fecit? Sed ne quisque reluctetur et dicat. si ex quo fidelis quisque factus est. vixit ubi gratia decem annos. et eorum medio tempore a fide lapsus est. nonne quinque annos perseuerauit? Non contendendo de vobis sic illa perseuerantia putatur esse dicenda tamque tempus sui. Hanc autem de qua nunc agimus perseuerantiam qua in xpo perseuerat usque in finem. nullomodo habuisse dicendus est qui non perseuerauit usque in finem. Porro hanc habuit vnus omnium fidelis. et quantum infra cogitari potest si tunc moreretur fideliter vixit. quia multorum annorum si exiguum temporis ante mortem a fidei stabilitate defecit. Quo constituto. videamus utrum hec perseuerantia de qua dictum est qui perseuerauerit usque in finem hic salvus erit. donum dei sit. Quod si non sit. quomodo verum est quod apostolus ait. vobis datum est donatum pro xpo non solum ut credatis in eum. verum etiam ut paciamini pro eo? Hoc nimirum quippe vnum pertinet ad initium alterum ad finem. utrumque tamen est dei donum. quia utrumque dictum est esse donatum. sicut et superius iam diximus. Quod enim est initium veritus xpiano. quam credere in xpm? Quid finis melior. quam pati pro xpo? Sed quod pertinet ad id. ut credatur in xpm qualiscumque inuentum est contradictio. ut donum dei non initium fidei sed augmentum dicatur. Cum opinionem donante domino satis superque reddimus. Quid autem dicitur potest aut perseuerantia usque in finem non donetur a xpo aut donatur pati pro xpo. aut ut expressius eloquar. aut donatur mori pro xpo? Nam et petrus apls donum